

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



transmittit potissime sex in **A**lexandriam. duas in damascum. duas  
in barutum. duas in barbarorum regiones. duas in constantinopolim.  
duas in Joppen sive Japha. in quibus et peregrini in terram sanctam  
pergunt. duas in angliam. duas in portum flandrensem sive in cupatium.  
**I**d quoque quod magnificum. quod maximi sui domini per bellicum ostensum. quod  
in omnes provincias suas et civitates ac terras rite administrandas.  
proque gubernandas. singulis annis ad sexcentos aut septingentos mas-  
granimos. eruditos. probatos. expertosque viros. venecijs natos. qui et  
gentiles homines suo trito et vulgato appellatur cognomine. trans-  
mittunt. quos et annue mutatur quo equa sit honorum onerumque distributio  
et pax firma. iugisque inter eos perseveret. **R**edeuntes autem expleto huius-  
modi prefecture tempore. potestates. aut capitanei predicti. sine villa ca-  
tionis coram inclito veneciano duce et senatu. omniumque gestorum reddere te-  
nentur rationem. **N**am si ob causam quamlibet emergentem. ambasiatam  
aliquam. sive maximam ad pontificem. sive ad imperatoriam celsitudinem  
et maiestatem. sive ad reges. principes. vel communitates ipsa dirigat do-  
minatio veneciana. in scriptis redigit quid sciendum decreverit. nec li-  
cet cuiquam misso tali contra venire decreto. **I**ta et de hijs quos rebus bellicis  
perficit. **E**t si quispiam auso temerario aliquid quidpiam facere presumpse-  
rit quod in commissis accepit. absque ulla retractatione. capitali sententia pu-  
nitur. qua et ego quendam capitaneum plecti ibidem vidi. pro eo quod et si bene  
rebus gestis et prospere rediit. tamen non per omnia tradite sibi paruerat  
commissioni. **I**d ea tempestate presertim accidit. qua inter venetos et ducem  
ferrariensem litium et guerrarum turbines. et dissensionum volumina age-  
bantur. **Q**uo etiam in tempore dominatio ipsa veneciana in re bellica sus-  
terior fuit. ducemque cum omni sua que magna erat adherentia. sub sua  
compulit potestate. productis contra eum copioso exercitu terrestri. et  
classe maritima. sexcentorum navium et galearum. **S**ed ut multa paucis absol-  
uam. fatear necesse est. non michi si lingue centum sunt. oraque centum. fer-  
rea vox. omnes venetorum probitates. omnia virtutum percurrere genera  
possem. **Q**uis gentis antiquae mores semper laudatos. quis ritus omnes  
ceremonias et observationes. quas celebris de eis fama predicat. quis  
fortia facta patrum. quis egregia facinora maiorum. quis modernorum  
gloriosos triumphos. crebras victorias. omnemque magnificentiam. anguste  
orationis limitibus. comprehendat. **S**upvacaneum etiam quis non arbi-  
trabitur. civium inter se explicare mutuam pacem et concordiam. urbanitatem et  
munificentiam. benivolentiam et amorem. cum cernere sit quod hisce suis virtuti-  
bus. ex parva maximam et auctissimam suam rempublicam civilem fecerunt. quam  
ut omnibus nota habet sententia. concordia res parvae crescunt. discordia  
vero etiam maxime dilabuntur. **C**eterum quem lateat fides eorum integra. zelus  
precipuus. et eximia devotio in deum. inque eius ecclesiam et omnem ec-  
clesiasticam disciplinam atque religionem. unde omnem suam que latissima est  
punctam terre pelagique iusto apprimere imperio regunt. preterquam ab hostibus